

sed et iurat illum, ut in tanto discrimine etiam absque periculo servetur. Et quomodo? Audi, subdit enim: *Et convocatis duobus centurionibus ait, etc., scribis epistolam continentem hæc. Et postera die, dimissis equitibus ut cum eo irent, etc.* Vides epistolam habere et

stabat Jerusalem septemdecim leucis, hoc est itinere septemdecim horarum.

**Vers. 52.** — *Reversi sunt ad castra.* Jam enim Paulus tuto loco erat constitutus, idcirco redeunt pedes minus necessarij, et ad iter agendum magis impedit.

**Vers. 55.** — *Qui, hoc ad equites referendum. Casarionem, nempe Stratonis;* ubi tum forte erat Felix, ut solebant præsidem provinciam perambulare. *Statue-*

## CAPUT XXIV.

1. Post quinque autem dies, descendit princeps sacerdotum Ananias, cum senioribus quibusdam et Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem adversis Paulum.

2. Et citato Paulo, coepit accusare Tertullus, dicens: Cum in multa pace agamus per te, et multa corrigantur per tuam providentiam,

3. Semper et ubique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione.

4. Ne diutius autem te protraham, oro, breviter audias nos pro tua clementia.

5. Invenimus hunc hominem pestiferum, et concitantem seditioes omnibus Judæis in universo orbe, et auctorem seditiois sectæ Nazarenorum:

6. Qui etiam templum violare conatus est; quem et apprehensum volumus secundum legem nostram judicare.

7. Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris,

8. Jubens accusatores ejus ad te venire; à quo poteris ipse judicandus, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum.

9. Adjecerunt autem et Judæi, dicentes hæc ita se habere.

10. Respondit autem Paulus (annuente sibi præside dicere): Ex multis annis te esse judicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam.

11. Car il vous est aisé de savoir qu'il n'y a pas plus de douze jours que je suis venu à Jérusalem pour adorer.

12. Et neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis,

13. Neque in civitate: neque probare possunt tibi de quibus aunc me accusant.

14. Confiteor tunc tibi, quod secundum sectam quam dicent hæresim, sic deservio Patri et Deo meo, credens omnibus que in lege et prophetis scripta sunt.

15. Spem habens in Deum quam et hi ipsi expectant, resurrectionem futuram iustorum et iniquorum.

16. In hoc et ipse studeo sine offensione conscientiam habere ad Deum et ad homines semper.

17. Post annos autem plures, elemosynas facturus in gentem meam, veni, et oblationes et vota.

excusationem pro Paulo. *Nullum enim, inquit, invenii crimen; et accusationem contra illos magis quam contra hunc. Denique deducunt quasi regem quemdam lanceariis stipatum. Hæc Chrysostr.*

*runt, stiterunt. Sic in Digestis est, iudicio sistere. Paulus non dicit centurionibus aut equitibus, illicitum esse quod agebat, sed usus est beneficio publica tutelæ, ut notant Patres in Africano concilio, can. 85. (Synopsis.)*

**Vers. 54.** — *Cum legisset; sub. litteras.* (Synopsis.)  
**Vers. 55.** — *In prætorio Herodis.* Prætorium erat ipsum palatium in quo preses habitabat, quod olim ab Herode fuerat ædificatum.

## CAPITRE XXIV.

1. Cinq jours après, Ananie, grand-prêtre, descendit, avec quelques sénateurs, et un orateur nommé Tertulle, qui se rendirent accusateurs de Paul devant le gouverneur.

2. Et Paul ayant été appelé, Tertulle commença à l'accuser en ces termes: Comme c'est par vous, très-excellent Félix, que nous jouissons d'une profonde paix, et que plusieurs choses utiles à ce peuple ont été établies par votre sage prévoyance,

3. Nous le ressentons en tout temps et en tous lieux, et nous vous en rendons toutes sortes d'actions de grâces.

4. Mais pour ne pas vous arrêter plus long-temps, je vous prie d'écouter avec votre bonté ordinaire ce que nous avons à vous dire en peu de paroles.

5. Nous avons trouvé cet homme, qui est une peste publique, et qui met dans tout l'univers la division et le trouble parmi tous les Juifs; il est le chef de la secte séditieuse des Nazaréens:

6. Et il a même tenté de profaner le temple; de sorte que nous nous étions saisis de lui, et le voulions juger selon notre loi.

7. Mais le tribun Lysias étant survenu, nous l'arracha d'entre les mains avec grande violence.

8. Ordonnant que ses accusateurs viendraient comparaitre devant vous. Et vous pourrez vous-même, en l'interrogeant, reconnaître la vérité des choses dont nous l'accusons.

9. Les Juifs ajoutèrent que tout cela était véritable.

10. Mais le gouverneur ayant fait signe à Paul de parler, il le fit de cette sorte: J'entreprendrai avec d'autant plus de confiance de me justifier devant vous, que je sais qu'il y a plusieurs années que vous gouvernez cette province.

11. Car il vous est aisé de savoir qu'il n'y a pas plus de douze jours que je suis venu à Jérusalem pour adorer.

12. Et ils ne m'ont point trouvé disputant avec personne, ni amassant le peuple, soit dans le temple, soit dans les synagogues,

13. Soit dans la ville; et ils ne sauraient prouver aucun des chefs dont ils m'accusent maintenant.

14. Il est vrai, et je le reconnais devant vous, que, selon cette secte qu'ils appellent hérésie, je sers le Père et mon Dieu, croyant toutes les choses qui sont écrites dans la loi et dans les prophéties;

15. Espérant en Dieu, comme ils espèrent eux-mêmes, que tous les hommes justes ou injustes ressusciteront un jour.

16. C'est pourquoi je travaille sans cesse à conserver ma conscience exempte de reproche devant Dieu et devant les hommes.

17. Après plusieurs années, je suis venu pour faire des aumônes à ma nation, et rendre à Dieu mes offrandes et mes vœux.

18. In quibus invenerunt me purificatum in templo, non cum turbâ, neque cum tumultu.

19. Quidam autem ex Asiâ Judæi, quos oportebat apud te præsto esse, et accusare si quid haberent adversum me:

20. Aut hi ipsi dicant, si quid invenerunt in me iniquitatis, cum stem in concilio:

21. Nisi de unâ hæc solummodo voce, quâ clamavi inter eos stans: Quoniam de resurrectione mortuorum ego judico hodiè à vobis.

22. Distulit autem illos Felix, certissimè sciens de viâ hæc, dicens: Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos.

23. Jussitque centurioni custodire eum, et habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei.

24. Post aliquot autem dies, veniens Felix eum Drusillâ uxore suâ, quæ erat Judæa, vocavit Paulum, et audivit ab eo fidem quæ est in Christum Jesum.

25. Disputante autem illo de justitiâ et castitate, et de iudicio futuro, tremefactus Felix, respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te.

26. Simul et sperans, quòd pecunia ei daretur à Paulo, propier quod et frequenter accersens eum, loquebatur cum eo.

27. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Judæis Felix, reliquit Paulum vincatum.

**Vers. 2.** — *Et citato Paulo, coepit accusare Tertullus, dicens: Cum in multa pace, etc.* De hoc Chrysostr.: Quasi multa possit dicere, prætercurrit, et unum hoc dicit: *Invenimus hunc hominem pestiferum, etc.* Vide quomodò iudici puniendi desiderium inimitit, veluti comprehensuro orbis turbatores, ut quasi in magno opere gloriaretur; ut pestilentem enim et communem hostem gentis accusant, et principem sectæ Nazarenorum. Videbatur enim hoc ignominiosum, Nazareth enim contemptibilior erat. Dicit autem: *Invenimus.* Vide quàm malignè, quasi ut fugientem assecuti sint. Quid igitur Paulus? Numquid ad hæc tacet? Minime; sed liberè loquitur iterùm, et respondit, annuente præside. Hæc Chrysostr. Et Beda, de eo quòd Tertullus eum dicit autorem seditiois sectæ Nazarenorum: illo tempore (inquit) Christiani pro opprobrio Nazareni vocabantur; postea inter Judæos surrexit hæresis, quæ dicta est Nazarenorum, qui

**Vers. 1.** — *Post quinque autem dies, ab appulsu Pauli Casarionem.*

*Tertullo quodam oratore, quem Ananias quasi advocatum summi assumpsit, vel ob dicendi facultatem, vel quia lingua Latinæ peritus erat, quam Ananias ignorabat.*

**Vers. 2.** — *Citato Paulo.* Mos enim fuit Romanorum, ut dicitur cap. sequenti, v. 16, *ut nullus damnetur priusquam is qui accusatur presentes habeat accusatores, locumve defendendi accipiat ad obtinenda crimina.*

*Cum in multa pace agamus per te, etc.,* adulatoria oratio.

**Vers. 3.** — *Suscipimus, amplectimur, scilicet tuam providentiam comprobamus, admiramur, suscipimus, ut aliqui scripsisse putant Latinum interpretem.*

**Vers. 4.** — *Pro tua clementia, mansuetudine, equitate, lenitate, modestiâ, facilitate, patientiâ.*

**Vers. 5.** — *Auctorem, antesignanum, et primum promotorem et defensorem*

*Seditiois sectæ Nazarenorum, q. d., hujus sectæ Nazarenorum, sive Christianorum, quæ ubique seditioes et turbas commovet.*

18. Lorsque j'étais encore dans ces exercices de religion, ils m'ont trouvé purifié, dans le temple, sans amas de peuple, ni tumulte.

19. Et ce sont certains Juifs d'Asie qui avouent comparaitre devant vous, et se rendre mes accusateurs, s'ils avaient quelque chose à dire contre moi.

20. Mais que ceux-ci mêmes déclarent s'ils m'ont trouvé coupable de quoi que ce soit, lorsque j'ai comparu dans leur assemblée;

21. Si ce n'est qu'on veuille me faire un crime de cette parole que j'ai dite hautement en leur présence: C'est à cause de la résurrection des morts que vous voulez me condamner aujourd'hui.

22. Félix voulant être encore plus exactement informé de quoi il s'agissait, les remit à une autre fois, et leur dit: Lorsque le tribun Lysias sera venu, je vous entendrai.

23. Il ordonna ensuite au centenier de garder Paul, mais en le tenant moins resserré, et sans empêcher qu'aucun des siens ne le servit.

24. Quelques jours après, Félix étant revenu avec Drusille sa femme, qui était Juive, fit venir Paul; et il écouta ce qu'il lui dit de la foi en Jésus-Christ.

25. Mais comme qu'il lui parlait de la justice, de la chasteté, et du jugement à venir, Félix en fut effrayé, et lui dit: C'est assez pour cette heure; retirez-vous: quand j'aurai le temps, je vous mandera.

26. Et parce qu'il espérait que Paul lui donnerait de l'argent, il l'envoyait quérir souvent, et s'entretenait avec lui.

27. Deux ans s'étant passés, Felix out pour successeur Porcius Festus; et voulant obliger les Juifs, il laissa Paul en prison.

## COMMENTARIA.

**Vers. 6.** — *Qui etiam templum violare conatus est.* Hoc est crimen, c. 21, v. 28, objectum est, quòd existimaret Trophimum gentilem in templum indixisse.  
*Secundum legem nostram, Judaicam:* Licet enim Tertullus videatur fuisse gentilis, tamen Iudæorum nomen, et legem sibi arrogat, quia eorum causam, ut advocatus, agebat.  
*Judicare, judicialiter damnare, ac damnatum tradere occidentum præsi Romano.* Mentitur; nam Judæi Paulum tumultuaria occidere volebant, non autem secundum legem judicare.

**Vers. 7.** — *Superveniens, interveniens, adveniens.*

(Syn.)

**Vers. 8.** — *A quo, scilicet, Paulo; quasi dicat: Paulus ipse negare non poterit, si illum interroget, vera esse que dicimus.*

*Judicandus, examinandus, interrogandus ad eliciendam veritatem.*

**Vers. 9.** — *Adjecerunt, etc., quæ dicebantur à Tertullo ipsi confirmarunt, testificantes ita se rem habere.*

Christum Filium Dei credunt de Mariâ natum, passum etiam et resurrexisse, sed omnia simul veteris legis mandata custodiebant. Qui, dñm voluit Judæi et Christiani esse, neutrum sunt. Hæc Beda. Vide etiam si placet, Epiphani., hæresi 29.

VERS. 10. — RESPONDIT AUTEM PAULUS, ANNUENTE SIBI PRÆSIDÈ DICERE, etc. Chrysost.: Non sunt hæc adulationis verba, testari de justitiâ judicis. Deinde et à tempore confirmat: *Sciens te multis annis justum judicem* (sic legit Chrysostomus). Et quid hoc ad demonstrationem conducebat? Ostendit sanè quòd et ipse sciat nihil se eorum fecisse, quorum accusabatur. Et quidem accusator, quoniam nihil poterat monstrare in Jerusalem, dixerat: *Omnibus Judæis in universo orbe*, mendacium confingens; idcirco Paulus hinc illum abstrahens: *Adoraturus ascendi*, inquit, et *elemosynas daturus*, id quod non erat seditiosus. Ita Chrysostomus.

VERS. 14. — CONFITEOR AUTEM HOC TIBI, QUOD SECUNDUM SECTAM, QUAM DICUNT HÆRESIM, SIC DESERVITO, etc. Beda quidem hoc modo: Melius in Græco habetur, *secundum viam quam dicunt hæresim, sic deservio Patri Deo*. Non enim convenit eum qui Græcè locutus est, dicere, *sectam quam dicunt hæresim*, cum idem sit Latine secta quòd Græcè hæresis. Sed ait, *sic deservio Patri Deo*, secundum illam viam quam increduli hæresim, id est, sectam vocant; quasi scilicet magis habeant pertinaciam qualibet sectandi, quam industriam recta dignoscendi. Ita quidem Beda. Sed discrimen hoc apud Latinos non semper servatur; dicitur enim secta etiam quodvis vitæ genus seu institutum. Sic et Græca (etiam Regia) pro eo quod habemus, *Patri et Deo*, leguntur *τῷ πατρί θεῷ*, id est, patri Deo. Sed subintelligendo in nostrâ lectione, Patri et Deo nostro, idem sensus est. Oecumenius ista habet: Dicens se Deum patrium colere, post factam vocationem, ut esset apostolus, ostendit eundem esse Deum veteris ac novi Testamenti. Hæc Oecumenius. CREDENS OMNIBUS QUÆ IN LEGE ET PROPHETIS SCRIPTA SUNT. —

VERS. 10. — *Annuente*, innuente, nutu significante, ut pro se diceret, si vellet.

*Ex multis annis*, etc., quasi dicit: Cum tot annis huic genti præfueris; nec unquam Judæis de me querelam ullam audiveris, facile colliges me nulli unquam nocuisse. Felix multis annis à Claudio imperatore præfectus fuerat Traconitidis, Batanææ, et Gaulanididis, quas sunt vicinæ Judææ, sed ipsi Judææ, cum hæc agerentur biennio tantum præfuerat. Si aliquis Paulus turbas concitasset, ignorare Felix non potuisset, etiam cum non Judææ, sed conterminis regionibus præsesset.

*Bono animo*, intrepidè et confidenter, sperans te mihi æquum judicem futurum.

VERS. 11. — *Non suat plus mihi dies quam duodecim*. Quasi dicit: Quomodo ergo tam paucis diebus potui ego peregrinum tot seditiosos concitare, et scelera perpetrare, quot et quanta Judæi mihi objecerunt? *Ascendi adorare*, veni religionis causâ in Jerusalem.

VERS. 12. — *Et neque*, quia disputatio facit aliquando commotionem audientium. *Aut concursum facientem*, quod est seditiosus signum. *Neque in synagogis*; supple, invenerunt me prædicta facientem. *Neque probare possunt tibi*. Illa supple. (Lyranus.)

VERS. 15. — *SPERM HABENS IN DEUM, RESURRECTIONEM FUTURAM JUSTORUM ET INIQUORUM*. Chrysost.: Hoc dixit, ostendens nullum hominem, qui resurrectionem futuram credit, tale quid seditioem unquam facturum. Non dixit autem de illis quòd credant omnibus quæ in lege et prophetis scripta sunt, sed quòd ipse omnibus credebatur, non illi. Quomodo autem longum esset nunc dicere. Tanta autem dixit, et nusquam Christi meminit. Sed ubi dicit, *credens omnibus*, etiam de Christo accipiendum est. Nunc moratur in resurrectionis sermone, utpote in communi dogmate, quod omnem seditioem suspicionem meritò tollere debebat. Ita Chrysost. Et Oecumenius: Paulus dicens se universis credere quæ in lege et prophetis scripta sunt, latenter Christum etiam hic induxit. Sed interin in sermone de resurrectione versatur. Hoc enim ostensum, facile etiam quæ de Christo sunt, superinduceret, nempe quòd ipse resurrexit. Sic Oecumenius.

VERS. 17. — *POST ANNOS AUTEM PLURES, ELEMOSYNAS FACTURUS IN GENTEM MEAM, VENI, etc.* De hoc Prosper, lib. 2, de Vitâ contemplat., cap. 9: Datur intelligi, inquit, quòd tales ac tanti viri (qui volentes esse Christi discipuli, renuntiaverunt omnibus quæ habebant) non ut possessores, sed ut procuratores, facultates Ecclesiæ possidebant. Et idcirco scientes nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, et patrimonia pauperum, non eas vendicaverunt in usus suos, ut proprias, sed ut commendatas pauperibus dividerent. Hæc Prosper. Unde Chrysost.: *Elemosynas*, inquit, et oblationes facturum in gentem meam, veni, idque post annos plures. Quomodo igitur obturbaret eos, quibus ut elemosynam faceret, tanta venerat viâ? *Non cum turbâ*, inquit, *neque cum tumultu*. Ubique seditioem inficitur. Bene autem vocat etiam accusatores eos qui ab Asiâ, quos, inquit, oportebat apud te præsto esse et accusare. Ita confidit mundus esse ab his de quibus accusabatur, quòd et illos advocat, et non solum eos qui ab Asiâ, sed etiam eos qui ex Jerusalem: *Aut hi ipsi*, inquit, *dicant si*

VERS. 15. — *De quibus nunc*. Et tamen debent probare, cum sint actores. (Lyranus.)

VERS. 16. — *Sine offendiculo*, inoffensum, et puram.

*Ad Deum et ad homines*, ut nec homines, nec Deus eorum scrutator eam culpæ possint.

VERS. 18. — *In quibus*, negotiis vel operibus.

*Purificationem in templo*, de hæc purificatione supra cap. 21, v. 26.

*Non cum turbâ*, non cientem turbas, aut tumultum facientem.

VERS. 19. — *Quidam autem ex Asiâ Judæi*, etc.; quasi dicit: Accusatores mei concitârunt tumultum non ego; illos ergo hic sistere oportet, judicare, et punire, non me, qui injuriam passus sum, et plagas penè lethiferas accepit.

VERS. 20. — *Cum stem in concilio*, id est, in hoc judicio, cui tu præses. In Græco est verbum, quod cum sit aoristi, veri potest, *cum steti*, aut, *cum starem*, scilicet, in concilio Jerosolymitano, in quo quod Sadducei contra Paulum, Pharisei pro illo pugnarunt, quæ explicatio melius coheret cum sequentibus.

VERS. 21. — *Nisi de unâ hæc voce*, etc., quasi dicit: Nisi fortè me damnari voluit propterea quòd in eo concilio dixi: *Quoniam de resurrectione*, etc.

*quid invenerunt in me iniquitatis*. Ita Chrysostomus.

VERS. 22. — *DISTULIT AUTEM ILLOS FELIX, CERTISSIMÈ SCIENS DE VIA HAC, DICENS, etc.* Idem Chrys.: Distulit illos Felix prope tenens quæ de vitâ illâ, scilicet dediti opéra distulit, non opus habens ut discat, sed nolens repellere Judæos, noluit dimittere propter illos. Punire quoque non poterat, impudens enim fuisset. Idèò et distulit, dicens: Quando Lysias tribunus descenderit, pernoscam vestram causam. *Justitiquæ centurioni custodiri eum, et habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei*. Cur igitur reliquit? Illis gratificans, etiam expectans pecuniam se accepturum, ut postea subditur.

VERS. 24. — *POST ALIQUOT AUTEM DIES VENIENS FELIX CUM DRUSILLA UORE SVA, QUÆ ERAT JUDÆA, VOCAVIT PAULUM. DISPETANTE AUTEM, etc.* Pergit Chrysost.: Vide Paulum quamvis cum principe loquentem, nempe quòd ipse resurrexit. Sic Oecumenius.

VERS. 22. — *Certissimè sciens de viâ hac*, cum probè esset edoctus Christianorum institutum nihil continere quod primariis et præcipuis legis Mosis capitibus, et Scripturarum præceptis, et documentis adversaretur.

VERS. 25. — *Habere requiem*, relaxationem, id est, laxius haberi, et melius tractari.

VERS. 24. — *Cum Drusilla uxore*, quæ erat filia Herodis Agrippæ, qui sanctum Petrum in carcere coniecit, supra, cap. 12, 4.

VERS. 25. — *Tremefactus Felix*, efficacitæ sermonis Pauli, et peccatorum suorum conscientia.

*Quod nunc attinet*, in præsentia. Ital. dicimus, *per adesso*

## CAPUT XXV.

1. Festus ergo cum venisset in provinciam, post triduum ascendit Jerosolymam à Cæsareâ.

2. Adieruntque eum principes sacerdotum et primi Judæorum, adversus Paulum; et rogabant eum,

3. Postulantes gratiam adversus eum, ut juberet perducere eum in Jerusalem, insidias tendentes, ut interficerent eum in viâ.

4. Festus autem respondit servari Paulum in Cæsareâ; se autem maturitùs profecturum.

5. Qui ergo in vobis, ait, potentes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum.

6. Demoratus autem inter eos dies non amplius quam octo aut decem, descendit Cæsaream, et alterâ die sedit pro tribunali, et jussit Paulum adduci.

7. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum, qui ab Jerosolymâ descenderant Judæi, multas et graves causas objicientes, quas non poterant probare,

8. Paulo rationem reddente: Quoniam neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæsaream quidquam peccavi.

9. Festus autem volens gratiam præstare Judæis, respondens Paulo, dixit: Vis Jerosolymam ascendere, et ibi de his judicari apud me?

10. Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet judicari: Judæis non nocui, sicut tu melius nosti.

11. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si verò nihil est eorum quæ hi

hil dicere eorum per quæ verisimile erat recolligari animam ejus, sed talia è quibus etiam terretur, et mente concutitur. Tanta erat verborum Pauli vis. Hæc Chrysost.

VERS. 27. — *BIENNIUM AUTEM EXPLETO, ACCEPTIT SUCCESSOREM FELIX PORTIUM FESTUM*. De hoc quidem Beda sic: Biennium dicitur conversationis Pauli in Cæsareâ, et non præsidatâ Felicis, cum supra dictum sit quòd multis annis iudex fuerit illi genti. Sic Beda. Baronius tantum hoc modo: Biennium intelligendum est de Neronis imperio, ad quod usque tempus Felix eam administravit provinciam. Ita Baronius; utpote tradit omnia quæ ab adventu Pauli Jerosolyma, hucusque narratur, gesta esse uno eodemque illo anno secundo Neronis. Vide eum si placet de his plenius.

VERS. 26. — *Sperans quòd pecunia ei daretur*. Videtur in hæc spem inductus, quod proximè audierat à Paulo elemosynas allatas ab ipso in Jerusalem, et quòd sciret Apostolum Christianis admodum clarum esse, ut pro illo liberando nullo sumptu parcerent.

*Propter quod et frequenter accessus eum*, etc. Frequenter illum accesserat, et alioquebat, sperans Paulum de captivitate, pecuniâ solvendâ mentionem illaturum.

VERS. 27. — *Biennium autem expleto*, vel à captivitate Pauli; vel à Neronis imperio; vel ab inchoatâ Felicis præfaturâ in Judæâ. Hæc tres explanationes snos habent auctores, et suas conjecturas, quibus nitantur.

*Gratiam præstare*, rem gratiam facere.

## CHAPITRE XXV.

1. Festus donec étant arrivé dans la province, vint trois jours après de Cæsareâ à Jérusalem.

2. Et les princes des prêtres avec les premiers d'entre les Juifs vinrent vers lui pour accuser Paul.

3. Et ils lui demandèrent comme une grâce qu'il le fit venir à Jérusalem, leur dessein étant de le faire assassiner par des gens qu'ils avoient disposés sur le chemin.

4. Mais Festus répondit que Paul était en prison à Cæsareâ, où il irait dans peu de jours.

5. Que les principaux donc d'entre vous, leur dit-il, y viennent avec moi; et si cet homme a commis quelque crime, qu'ils l'en accusent.

6. N'ayant pas demeuré à Jérusalem plus de huit ou dix jours, il s'en retourna à Cæsareâ; et le lendemain, s'étant assis sur le tribunal, il commanda qu'on amenât Paul.

7. Et comme on l'eut amené, les Juifs qui étaient venus de Jérusalem, l'environnèrent, l'accusant de plusieurs grands crimes, dont ils ne pouvoient apporter aucune preuve.

8. Et Paul se défendait, en disant: Je n'ai rien fait, ni contre la loi des Juifs, ni contre le temple, ni contre Cæsar.

9. Mais Festus voulant complaire aux Juifs, dit à Paul: Voulez-vous venir à Jérusalem, et y être jugé devant moi sur les choses dont on vous accuse?

10. Paul lui répondit: Me voici devant le tribunal de Cæsar; c'est là qu'il faut que je sois jugé: je n'ai fait aucun tort aux Juifs, comme vous-même le savez fort bien.

11. S'il se trouve que je leur aie fait quelque tort,

accusant me, nemo potest me illis donare : Casarem appello.

12. Tunc Festus cum concilio locutus, respondit : Casarem appellasti ? ad Casarem ibis.

15. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex et Bernice descenderunt Casream, ad salutandum Festum.

14. Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicavit de Paulo, dicens : Vir quidam est delictus à Felice victus,

15. De quo, cum essem Jerosolymis, adierunt me principes sacerdotum, et seniores Judaeorum, postulantes adversus illum damnationem.

16. Ad quos respondi : Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, prius quam is qui accusatur presentes habeat accusatores, loquumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

17. Cum ergo hinc convenissent, sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, jussi adduci virum.

18. De quo, cum stetissent accusatores, nullam causam deferabant, de quibus ego suspicabar malum.

19. Questiones verò quasdam de sua superstitione habebant adversus eum, et de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.

20. Hæsitans autem ego de hujusmodi questione, dicebam si vellet ire Jerosolymam, et ibi judicari de istis.

21. Paulo autem appellante, ut servaretur ad Augusti cognitionem, jussi servari eum, donec mittam eum ad Casarem.

22. Agrippa autem dixit ad Festum : Volebam et ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum.

25. Altera autem die, cum venisset Agrippa, et Bernice, cum multa ambitione, et introissent in auditorium cum tribunis et viris principalibus civitatis, jubente Festo, adductus est Paulus :

24. Et dicit Festus : Agrippa rex, et omnes qui simul adessis nobiscum viri, videtis hunc de quo omni multitudo Judaeorum interpellavit me Jerosolymis, petentes et acclamantes, non oportere eum vivere amplius.

25. Ego verò comperi nihil dignum morte eum admisisse : ipso autem hoc appellante ad Augustum, judicari mittere.

26. De quo quid certum scribam domino, non habeo ; propter quod produxi eum ad vos, et maxime ad te, rex Agrippa, ut interrogatione facta, habeam quid scribam.

27. Sine ratione enim mihi videtur mittere victum, et causas ejus non significare.

ou que j'aie commis quelque crime digne de mort, je ne refuse pas de mourir ; mais s'il n'y a rien de véritable dans toutes les accusations qu'ils font contre moi, nul ne peut me livrer à eux : j'appelle à César.

12. Alors Festus, après en avoir conféré avec son conseil, répondit : Vous avez appelé à César ? vous irez devant César.

13. Quelques jours après, le roi Agrippa et Bérénice vinrent à Césarée pour saluer Festus.

14. Et comme ils y demeurèrent plusieurs jours, Festus entreint le roi de Paul, en lui disant : Il y a ici un homme que Félix a laissé prisonnier,

15. Que les princes des prêtres et les sénateurs des Juifs vinrent accuser devant moi, lorsque j'étais à Jérusalem, me demandant sa condamnation.

16. Mais je leur répondis que ce n'était point la coutume des Romains de condamner un homme avant que l'accusé ait ses accusateurs présents devant lui, et qu'on lui ait donné la liberté de se justifier du crime dont on l'accuse.

17. Après qu'ils furent venus ici, je m'assis dès le lendemain sur le tribunal, ne voulant point différer cette affaire ; et j'ordonnai que cet homme fût amené.

18. Ses accusateurs étant devant lui, ne lui reprochèrent aucun des crimes dont je le soupçonnais.

19. Ils avaient seulement quelques disputes avec lui touchant leur superstition, et touchant un certain Jésus mort, que Paul assurait être vivant.

20. Ne sachant donc quelle résolution je devais prendre sur cette affaire, je lui demandai si il voulait bien aller à Jérusalem, pour y être jugé sur les points dont on l'accusait.

21. Mais Paul en ayant appelé, et voulant que sa cause fût réservée à la connaissance d'Auguste, j'ai ordonné qu'on le gardât, jusqu'à ce que je l'envoyasse à César.

22. Agrippa dit à Festus : Il y a déjà du temps que j'ai envie d'entendre parler cet homme. Vous l'entendrez demain, répondit Festus.

25. Le lendemain donc, Agrippa et Bérénice vinrent avec grande pompe, et étant entrés dans la salle des audiences avec les tribuns et les principaux de la ville, Paul fut amené par le commandement de Festus.

24. Et Festus prenant la parole dit : O roi Agrippa, et vous tous qui êtes ici présents avec nous, vous voyez cet homme au sujet duquel tout le peuple Juif est venu et criant qu'il ne fallait pas le laisser vivre plus longtemps.

25. Pour moi, j'ai reconnu qu'il n'a rien fait qui méritât la mort ; mais comme il a appelé lui-même à Auguste, je me suis déterminé à l'y envoyer.

26. Cependant je n'ai rien de certain à écrire de lui à l'empereur ; et c'est pour cela que je l'ai fait venir en votre présence, et surtout devant vous, ô roi Agrippa, afin qu'après l'avoir interrogé, j'aie quelque chose à écrire ;

27. Car il ne me semble pas raisonnable d'envoyer un prisonnier, sans marquer en même temps quels sont les crimes dont on l'accuse.

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — FESTUS ERGO CUM VENISSET INPROVINCIAM, POST TRIBUNUM ASCENDIT JEROSOLYMAN ET CASAREAM. De Festi præfecturâ hæc Josephus, lib. 20 Antiq., cap. 15, aliis 6 : Postquam Felici successor Portius Festus à Nerone missus est, primores Judaeorum Casaream incolentium, Romam profecti sunt Felicem

accusaturi, dedissetque omnino penas injuriarum, nisi Nero eum donasset Paltanis fratris precibus, qui tunc in pretio erat apud principem. Ita Josephus. Non tamen hæc accusatio erat propter Paulum, sed ob alia, ut ibidem porro narratur. Pergit Lucas.

VERS. 2. — ADIERUNTQUE EUM PRINCIPES SACERDO-

TUM, ET PRIMI JUDAEORUM, ADVERSUS PAULUM, etc. Chrysol. : Itaque ubi provinciam suscepit Festus, significarunt illi mox principes sacerdotum et primi Judaeorum contra Paulum, non gravi etiam in Casaream venire, nisi prævenisset veniens Jerosolymam ; ubi scilicet, statim ut accepit principatum, accedunt. Hæc Chrysol.

VERS. 4. — FESTUS AUTEM RESPONDIT, SERVAM PAULUM IN CASAREA ; SE AUTEM MATURIUS PROPECTUREM, etc. Idem Chrysol. : Quamdiu, inquit, nondum honore tanto à Judæis habitus erat, rectè respondit. Postquam autem hæsit Jerosolymis decem diebus, veniens Casaream sedit pro tribunali, et jussit Paulum adduci. Et tandem v. 9 : Festus volens gratiam præstare Judæis, respondens Paulo, dixit : Vis Jerosolymam ascendere, et ibi de his judicari opud me ? Vide quomodo gratificatur eis. Non simpliciter autem gratificatur, sed cum dolo hoc facit. Et quomodo ? Audi. Subdit enim : Visne Jerosolymam ascendens judicari de his à me ? Quasi dicat : Non illis do te, sed ipse judex ero. Hoc autem dicens illius arbitrio permittit, ut vellet honore ipsum attrahat. Nam si hoc imperasset, valde impudens visus fuisset. Hæc Chrysol.

VERS. 10. — DIXIT AUTEM PAULUS : AD TRIBUNAL CASARIS STO : JUDÆIS NON NOCTI, SICUT TE MELIUS NOSTI, etc. — VERS. 11. — CASAREAM APPELLO. De hoc August., lib. de Mend., cap. 15. Paulus, inquit, ne Judæis eum interimere cupientibus traderetur, Casaris poposcit auxilium ; Romani quidem principis, etsi non Christiani, Ecclesiae potius quam vite propriæ consulens. Ita August. ibi. Et epistola 50 : Hoc fecit Paulus, ut dicitur servaretur Ecclesiae, et hæc occasione Romanis arcibus cum ingressu liberiori Evangelium Christi inferret. Ita August. Sic et Chrysol. : Magna libertas sermonis. Ad tribunal Casaris sto, ubi me oportet ju-

care Jerosolymis ; hoc enim erat Judæis tradere, qui meditantur contra illum insidias in itinere collocare.

VERS. 12. — Cum consilio locutus, scilicet cum suis consiliariis.

Ad Casarem ibis. Hoc fait consiliariorum præsidis responsum, quod commodum visum est, tum ut aliquâ ratione satisfecisset Judæis, amandando longius Paulum, tum ut Casaris nomini deferretur.

VERS. 14. — Inducit, exposuit, vel retulit. Græca vox significat amicè et familiariter commemorare alicui quod jure non teneris. (Synopsis.)

VERS. 15. — Damnationem, mortis. (Lyranus.)

VERS. 16. — Non est Romanis consuetudo, etc. Eadem consuetudo fuit apud alios populos ; est enim juris naturæ et gentium ut reus accusatus non damnetur inauditus.

Donare aliquem hominem. In Græco additur, ad interitum.

VERS. 18. — Causam, delictum, erimen.

De quibus ego suspicabar malum. Nullum grave crimen, ut ego suspicabar, impingebant.

